SACRA SCHEDULA PRO IIS QUI AD HORAS CANONICAS TENENTUR, DECERPTA PER ME...

Pietro Antonio Bergalli



REVERENDISS. DOMINE.



Lurimis ab hinc annis Opuſculum quoddam typis mandavi de Sanctiſſimis Sacramentis, de Cenſuris, ac Irregu-

 lari-

laritatibus tractans, perutile quidem omnibus Ecclesiasticis Personis. Modo paucis monitis, brevique manu ductis ipsas expergefacio, ut attente, ac devote Horas Canonicas recitent, nec parvi erit momenti, si considerent, quod sancta sancte tractanda sunt, & recordentur Monachum quemdam vita defunctum apparuisse sociis suis flammis Purgatorii cruciatum, asserentem talibus damnatum esse pœnis, quod non inclinasset inadvertenter caput ad *Gloria Patri*. Quid ergo de illis fiet, qui ex pravo more, oscitanter, inconsiderate, non attente, & non devote divina tractent? Væ ipsis. Legant Sacerdotes terribilia illa verba Divi Joannis Chrisostomi in

Ho-

Homilia tertia in Acta Apostolorum. Arbitror enim, ait, plurimos Sacerdotes perire; in caussa est, quoniam excelsum res requirit animum, cum reliquis. Igitur has paucas monitiones tibi Reverendissimo Viro dico, ut tuis auspiciis tuto prodeant. Æqui igitur bonique consulas meam hanc, hujusmodi pagellam, cum sis hujus Veneti Cleri exemplum præfulgentissimum, omnibus moralibus disciplinis præditus, ac humanis divinisque literis eruditissimus, scis me unum de tuo ovili esse, ama me quæso.

Diique diu te sospitent, salve & vale.

IN primis renovanda eſt fides præſentiæ Dei.

II. Offerre Horas Altiſſimo, nomine totius Eccleſiæ, ad impetrandum animarum omnium fidelium ſalutem, cum aliis ſimilibus intentionibus.

III. Tempore recitationis, Officii hæc tria curare debemus, reverentiam, attentionem, ac devotionem, reverentiam, ſe ponendo in loco tali, qui non dedeceat Majeſtatem Dei, cum quo loquitur, attentionem, non tantum verbis pronunciandis integre, ſed etiam Deo, qui laudatur, Devotio orietur ex duabus aliis prædictis, & expergiſci poterit ad *Gloria Patri* & in principio uniuſcujuſque Horæ Canonicæ. Peracto Officio profunde ſanctiſſimum Chri-

ſti